Fragmentarium

[C]uib; paulus respondit. Me iudeū
[es]se & uerū iudeū hic poteritis pbare.
[uer]ū & sabbatū obseruare. & circūcisionē
docere poteritis aduertere. p̄ta sabbato
die requiescunt ab omīb; opib; ds. Nos
habem⁹ patres & patriarchas & legem.
Quid tale p̄dicat petrus in regno gentiū.
Sed & si aliquā forte uult introducere
nouā doctrinā sine conturbatione
& sine inuidia & sine strepitu
nuntiate ei ut nos uideam⁹. & in
urō conspectu illū ego obiurgabo.
Quod si forte ei doctrina fuerit ueris
testimoniorū hebreorū munita. decet
nos omīs obedire ei. Hec & his similia
dicente paulo. perrexer̄ iudei ad
petrū. & dixer̄ ei. Paulus ex hebreis
uenit. rogat te ut uenias ad eū. qm̄
hi qui eum adduxer̄. dicunt n̄ eū
posse dimittere. ut uideat te quē
uult. antequā eū cesari insinuent.
Audiens hec petrus. gaudio gauisus
ē. magno. Et statim exurgens.
p̄rexit ad eū. Videntes aut̄ se. p̄
gaudio fleuer̄. & in amplexib; suis
diutissime morati. inuicē se lacrimis
infuder̄. Cūq; paulus illi omē ra
textū suorū casuū indicasset.
& qualit̄ ei naufragii fatigatio aduenisset. petrus dixit illi quas simonis
magi pateretur insidias. Abscessit
petrus ad uespū. mane die altero
reuersurus. Cumq; aurora diei
daret initiū. ecce petrus ueniens
inuenit multitudinē iudeorū
ante fores pauli. Erat enī int̄

iudeos & xpianos & gentiles infi
nita conturbatio. Iudei enī dicebant
Nos genus electū regale amicorū
dī abrahe & isahach. & iacob [...] &
omīū prophetarū. cū quib; locutus
est ds. quib; ds ostendit mirabilia
magna. quib; ostendit secreta sua.
Vobis aut̄ in gentib; nichil in semine
urō magnū nisi idolis & sculptilib;
Hec & his similia dicentib; iudeis
gentiles respondebant dicentes.
Nos mox ut audiuim⁹ ueritatem
reliquim⁹ errores nrōs. & secuti
eos sum⁹. Vos aut̄ & patnas uirtutes
scitis. & pphetarū signa uidistis.
& legē accepistis. & mare pedib;
siccis transistis. & inimicos urōs demersos
uidistis. & colūpna nubis uobis p
diem in celo apparuit. & ignis per
noctē. & manna uobis de celo datū ē.
& de petra uobis aque fluxer̄. Et
post omia hec. idolū uobis uituli fabri
castis. & adorastis sculptile. Nos aut̄
nulla signa uidentes. credim⁹ dm̄ hunc
quē uos n̄ credentes dereliquistis.
Hec & his similia contendentibus
dixit apls paulus n̄ debere eos has
contentiones int̄ se suscipere. s; hoc
magis attendere. quia cū cōplesset
ds p̄missa sua que iurauit ad abrahā
patrē nrm. qm̄ in semine ei⁹ heredi
tarentur omīs gentes. Non ē. enī
personarū acceptio apud dm̄. Qui
cūq; enī in lege peccassent. secdm̄
legē iudicarent̄. Qui u̾o sine lege
deliquissent. sine lege perirent.

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 94.12, 17v – Passiones et Homiliae sanctorum
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-vfyk/5161/49434)